



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 101. Cuncta pro Basileensi Concilio scripta a Pio II. revocata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Galliarum Regem sibi suspectum haberet, Sæcul. XV.  
 suam præsentiam domi oppido necessari- A.C. 1464.  
 am fore existimabat, quapropter a suo  
 Ducatu abesse haud voluit, sed misit ad  
 Pontificem duos filios nothos Stritonum  
 & Balduinum unacum duobus armato-  
 rum milibus: nihilominus semetipsum  
 anno insequenti, nisi urgentissimis impe-  
 diretur causis, ad Pontificis castra pro-  
 fecturum policebatur.

## §. CI.

*Cuncta pro Basileensi Concilio scripta  
 a Pio II. revocata.*

Pontifex, priusquam Roma Senas abi-  
 ret, Bullam promulgari jussit, in qua *Labbe Col-*  
*Basileensis Synodi acta olim a se conscri-*  
*pta revocavit. Præprimis affirmat, quod* <sup>lect. Conc.</sup> *tom. XIII.*  
*ea adhuc juvenis composuerit, illa inge-*  
*nii maturitate destitutus, qua laudan-*  
*da a vituperandis discernere potuif-*  
*set; jam vero hac in re se errore dece-*  
*ptum fatetur, ac universitatis Colonien-*  
*sis Doctores, quibus hanc revocationis*  
*Bullam inscripsit, obsecrat, ut ea, quæ*  
*de Basileensi Synodo exarraverat, tan-*  
*quam erronea, & juvenilis animi parum*  
*pensata judicio respuant, Æneam rejiciant,*  
*& Pium II. ejusque doctrinam sequantur.*  
*Sed quis non errat mortalis? inquit Pon-*  
*tifex, nos homines sumus, & ut homines*  
*erravi-*

Sæcul. XV. erravimus, neque imus inficias, multa quæ  
A.C. 1464 diximus, scripsimus, egimus, damnari posse,  
seducti peccavimus, ut Paulus, & ignoran-  
ter persecuti sumus Ecclesiam Dei, & Ro-  
manam, primamque Sedem; cogimur Bea-  
tum Augustinum imitari, qui cum aliqua in-  
suis voluminibus erronea inseruisset, retrac-  
tationes edidit. Idem & nos faciemus:  
confitebimur ingenue ignorantias nostras, ne  
per ea, quæ scripsimus juvenes, error irrep-  
pat, qui possit in futurum Apostolicam San-  
ctam Sedem oppugnare. Nam si quem de-  
cuit unquam Romani, primique throni emi-  
nentiam, & gloriam defendere ac extollere,  
nos illi sumus, quos sine ullis meritis pius &  
misericors Deus sola dispensatione sua ad  
JESU Christi Vicariatum evocavit. Qui-  
bus ex rebus dilectiones vestras hortamur, &  
in Domino commonemus, ne prioribus illis  
scriptis inhæreatis, aut fidem ullam præste-  
tis, quæ supremam Apostolicæ Sedis auto-  
ritatem quovis pacto elidunt, aut aliquid ad-  
struunt, quod sacrosanda Romana non am-  
plectitur Ecclesia . . . . Si quid  
ergo adversus hanc doctrinam inveneritis aut  
in dialogis, aut in epistolis nostris, aut in  
aliis opusculis nostris, respuite atque con-  
temnite; sequimini, quæ nunc dicimus, &  
seni magis quam inveni credite, nec privatum  
hominem pluris facite, quam Pontificem.  
Æneam rejicite, Pium recipite. Illud gen-  
tile nomen parentes indidere nascenti, hoc

Chri-

*Christianum in Apostolatu suscepimus. Cum Sæcul. XV.*  
*vero nonnulli Pontifici objectare possent,* A.C. 1464.  
*quod primum ad S. Petri Cathedram*  
*ejectus, hanc de Ecclesia opinionem ad-*  
*optasset, ac cum dignitate mutasset senten-*  
*tiam, ideo ut ad hæc responderet, pau-*  
*cis totam vitæ suæ, actionumque seriem*  
*describit, ac Concilii Basileensis integrum*  
*concinnat historiam; postea refert, quod*  
*cum Dominico Capranica Anno millesi-*  
*mo quadringentesimo trigesimo primo*  
*Basileam contenderit, nos, inquit Papa*  
*ex patria juvenes, non ex urbe illuc migra-*  
*veramus, sed nova tum primum avis ex Se-*  
*nensi gymnasio evolaveramus, rudes & inex-*  
*perti. Data est hæc Bulla Romæ die vi-*  
*gesima sexta Aprilis anno priore, & ha-*  
*betur integra in Collectione Conciliorum*  
*Patris Labbei, aliisque pluribus Aucto-*  
*ribus. (\*)*

## §. CII.

*Papa Anconam venit, navem*  
*consensurus.*

**C**eterum Papa Romam reversus paucis  
 ibi diebus mobaratur, ut pro consi-  
lii

---

(\*) *Exstat quoque in opere, cui titulus: Ca-*  
*roli VII. pragmatica Sanctio fol. Parisiis 1666.*  
*pag. 841. necnon ad initium Operum Æneæ*  
*Sylvii.*